

Prologus

Incipit prefatio sancti Hieronymi in omnes epistolas sancti Pauli.

Primū querit: quare post euangelia quae supplementum legis sunt et in quibus nobis exempla et precepta viuendi plenissime digesta sunt: voluerit apostolus has epistolas ad singulas ecclesias destinare. Hac autē causa factū videtur. ut scilicet initia nascentis ecclesie nouis causis exitibus prouideret: et ut pernitia atque orietia ressecaret vicia. et per futuras excluderet quodones: exemplo prophetarum quae post editam legem moysi: in qua omnia dei mandata legebantur nihilominus tamen doctrina sua rediuiua semper populi prosperare poterat. et propter exemplum viuendi libros ad nostram etiam memoriam transmissit. Beinde querit. Cur non amplius quam decem epistolas ad ecclesias scripserit. Becē sunt enim cum ea quae dicitur ad hebreos. Nam reliqua quatuor ad dupulos spiritualiter sunt porrecte: ut ostenderet nouum non discrepare a veteri testamento: et se non legem non facere moysi: ad numerum primorum decalogi mandatorum suas epistolas destinauit: et quod ille preceptis a pharaone instituit liberatos. totidem haec epistolas a dyaboli et ydolatrie fuitute edocet acquisitos. Nam et duas tabulas lapideas duorum testamentorum figuram habuisse viri eruditissimi tradiderunt. Epistolam sane quae ad hebreos scribitur: quidam pauli non esse ostendunt eo quod non sit eius nomine titulata: et propter sermonis stilique distantiam sicut videtur bar-nabe iuxta tertullianum: aut Lucē iuxta quosdam: vel certe clementis discipuli apostolorum et episcopi romane ecclesie post apostolos ordinati. Quibus respondendum est: si propterea pauli non erit: quia eius non habet nomen: nec alicuius erit: quia nulli nomine titulata. Quod si inconueniens absurdumque est ipsius magister esse credenda est: quae tanto doctrine suae fulget eloquio. Sed quoniam apud hebreorum ecclesias quasi destructor legis falsa suspitione habebatur: voluit tacito nomine de figuris legis et veritate christi reddere rationem. ne odium nominis in fronte pretilati vtilitatem excluderet lectionis. Non est sane mirum si eloquentior videatur in proprio. id est hebreo quam in peregrino. id est in greco. quae ceterae epistolae sunt scripte sermone. Adouet etiam quosdam quare romanorum epistola in principio sit posita. cum eam non primo scriptam rationem manifestet. Nam hanc se proficiscentem hierosolimam scripsisse testatur cum corinthios et alios iam ante ut ministerium quod secum portaturus erat colligerent: literis adhortatus sit. Quae et intelligi quidam voluit ita omnes epistolas ordinatas: ut prima poneretur quibus posteriorum fuisset destinata: ut per singulas epistolas gradibus ad perfectiora veniret. Romanorum namque plerique tunc rudes erant: ut non intelligerent dei se gratia et non suis meritis esse saluatos: et ob hoc duo inter se populi conficerent. Adcirco illos indigere asserit corrigi: vicia gentilitatis priora commemorans.

Corinthiis autem iam dicit scientie gratiam esse concessam: et non tamen omnem increpat quam cur peccantes non increpauerunt reprehendit: sicut ait. Audite inter vos fornicatio. Et iterum. Congregati vobis cum meo spiritu tradere huiusmodi sathane. In secundo vero laudantur: et ut magister ac magister proficiat commendent. Galathe vero iam nulli criminis arguunt nisi hoc tamen quod callidissimis pseudoapostolis crediderunt. Ephesij sane nulla reprehensione: sed multa laude sunt digni: quia fide apostolicam seruauerunt. Philippenses etiam multo magis collaudantur qui nec audire quidem falsos apostolos voluerunt. Thessalonicenses nihilominus in duabus epistolis omni laude persequitur eo quod non solum fide inconcussam seruauerunt veritatis: sed et in persecutioe civium fuerint constantes inuicti. Colosenses autem tales erant: ut cum ab apostolo visis corporaliter non fuissent hac laude digni haberentur. Et si corpe inquit absens sum: sed spiritu vobiscum sum gaudens et videns ordinem vestrum. Be hebreis vero quid dicendum est: quorum thessalonicenses qui plurimum laudati sunt imitatores facti esse dicuntur. Sicut ipse ait. Et vos fratres imitatores facti estis ecclesiarum dei quae sunt in iudea. Eadem enim passi estis et vos a tribulibus vestris: quae et illi a iudeis. Apud ipsos quoque hebreos eadem commemorat dicens. Nam et vincitis et passi estis et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis cognoscentes vos habere meliorem et manentem substantiam.

Incipit prologus specialis in epistolam ad Romanos.

Romani sunt qui ex iudeis et gentibus crediderunt. Hiis superba contentione volebant se alterutrum superponere. Nam iudei dicebant. Nos sumus populus dei quos ab initio dilexit et fouit nos circumcisi ex genere abraham sancta descendimus ex stirpe: et notus retro apud iudeam tantum deus. Nos de egypto signis dei et virtutibus liberati: mare sicco pertransiimus pede: cum inimicos nostros grauissimi fluctus inuoluerent. Nobis pluit manna domini in deserto. et quasi filiis suis celeste pabulum ministravit. Nos die noctumque columna nubis ignisque processit. ut nobis in inuio iter ostenderet. Atque ut cetera eius circa nos imensa beneficia taceamus: nos soli digni fuimus dei legem accipere. et vocem dei loquentis audire. eiusque cognoscere voluntatem. In qua lege nobis promissus est christus. ad quem etiam ipse se venisse testatus est dicens: non veni nisi ad oues quae perierant domus israel. cum vos canes potius quam homines appellauerit. Equum ne ergo

est ut ydola hodie deserentes quibus ab initio de-
 seruistis nobis apparemini. et non potius in pse-
 litorum locum ex legis auctoritate et consuetudine depute-
 mini. Et hoc ipsum non merabimini. nisi quia larga
 semper dei clementia voluit vos ad nostram imita-
 tionem admittere. Bentes enim e contrario ridebant
 quanto enim maiora erga vos dei beneficia narraue-
 ritis. tanto maioris vos criminis reos esse mon-
 strabitis. Semp enim his omnibus extitistis ingrati.
 Nam ipsi pedibus quibus aridum mare transistis.
 ludebatis ante ydola que fecistis: et ipso ore que pau-
 loante ob necesse aduersariorum domino cantaueratis
 simulachra vobis fieri poposcistis: illis oculis
 quibus venerando deum in nube vel igne conspi-
 cere solebatis. simulachra intuebamini. Adan-
 na que vobis fastidio fuit et semper in deserto con-
 tra dominum murmurastis: ad egyptum vni vos ma-
 nu valida eiecerat redire cupientes. Quid plu-
 ra. Ita patres vestri crebra provocatioe dominum ir-
 ritauerunt. ut omnes in heremo morerentur ne plus
 ex senioribus eorum quam duo homines terram repro-
 missionis intrarent. Sed quod antiquam replicam.
 cum etiam si illa minime fecissetis: de hoc solo ne-
 mo vos dignos veniam iudicaret: quod dominum christum
 prophetarum semper vobis vocibus repromissum non
 solum suscipere nolulistis sed etiam morte pessima
 pemistis. Quae ut nos coguimus: statim credi-
 dum cum nobis de eo antea non fuerit predicatum
 unde probatur quod ydolis fuiuimus non obstinatio
 ni mentis. sed ignorantie deputandum. Qui ei co-
 gnitum ilico sequimur: olim utique sequemur: si an-
 tea cognouissemus. Sic autem vos de generis no-
 bilitate iactatis quasi non morum imitatio magis
 quam carnalis natiuitas filios vos faciat esse san-
 ctorum. Beniamin et Esau ysmael cum de stirpe sint
 abrae minime tamen in filiis reputantur. His taliter
 altercatibus apostolus se medium interponens
 ita partium dirimit questiones ut neutrum eorum sua
 iusticia salutem meruisse confirmet. ambos vero po-
 pulos et scienter et grauiter deliquisse. Iudeos
 quidem quod per peruariationem legis deum inhonoraue-
 runt: gentes vero quod cum cognitum de creatura cre-
 atorem ut deum debuerint venerari: gloriam
 eius in manu facta mutauerunt simulachra. Utros-
 que etiam similiter veniam consecutos: equales esse
 verissima ratione demonstrat: presertim cum in eadem
 lege predictum sit et iudeos et gentes ad christi fide
 vocandos esse. Quobrem vicissim eos humilians
 ad pacem et concordiam cohortatur.

Explicit prologus. Incipit argumentum.

Romani sunt partis italie. Hi preuen-
 ti sunt a falsis apostolis. et sub nomine domi-
 ni nostri iesu christi in legem et prophetas
 erant indocti. Hos reuocat apostolus ad veram et
 euangelicam fidem: scribens eis a corintho.

Explicit argumentum.

Postilla Nicolai de lyra sup eplam ad romanos. .i.
 Paulus seruus iesu etc. Hec epla diuidit in tres
 partes. scilicet in saluatoem. narratoem. et conclusioem.
 scda: ibi. Primum agras ago. tercia ibi. xvj. cap.
 Et aut quod potes est. Primum adhuc in tres. quia per de-
 scribitur saluans p-
 sona. scdo ecclia sa-
 lutata: ibi. Diebus que
 sunt rome. tercio bo-
 na optata: ibi. Gra-
 tia vobis et pax. Pri-
 ma adhuc in duas.
 quia per ponit psona sa-
 lutantis descriptio.
 scdo cuiusdam dicti
 declaratio: ibi. Quod
 ante promiserat. Perso-
 na vero saluans per de-
 scribitur ex nomine cum de-
 a Paulus. per enim

Incipit epla beati pauli
 apostoli ad romanos. Ca. i.

Paulus seruus ihu
 christi vocatus apostolus se-
 gregatus in euange-
 lium dei quod ante p-
 miserat: per prophetas suos in
 scripturis sanctis: de filio suo
 qui factus est ei ex semine do-
 mi in carne qui predestinatus est

vocatus fuit saulus Act. viij. et postea vocatus est paulus
 a quodam eius notabili facto. scilicet a conuersioe pauli proco-
 lis Act. xij. sicut iacob vocatus fuit israhel ex eo quod vidit dominum
 vel potius ex eo quod luctatus cum angelo est. ut dictum fuit pleni-
 us Gen. xxxij. Et symon vocatus est petrus ex professione
 diuinitatis in christo Math. xvi. Scdo describitur ex religioe
 cum dicitur. b. Seruus iesu christi. i. verus christianus. Terccio ex
 officij dignitate. cum dicitur. c. Vocatus apostolus. Et quia apostolus
 est excellentior ecclesie statum ad quem nullus ascendit recte ni-
 si a deo vocatus. id bene dicitur. vocatus apostolus. scilicet a deo sicut il-
 lud Hebr. v. c. Nec quisquam assumit sibi honorem. sed qui vo-
 catur a deo tanquam aaron. Quarto ex modo vocatois sue: cum
 dicitur. d. Segregatus in euangelium dei. per verbum enim spiritus
 sancti fuit segregatus a ceteris apostolorum aliorumque discipulorum ad
 predicandum per orbem euangelium christi Act. xij. Et tunc vocatus
 fuit ad apostolatam. prius tamen vocatus fuit ad fidem.
 Act. ix. e. Quod ante promiserat. Hic consequenter de-
 claratur duplex dictum et prius declaratur per modum. scdo scdo. scda
 ibi. Per quem accepimus. Primum autem est. quia dixerat Segre-
 gatus in euangelium dei. id declarat. quale sit illud euange-
 lium. i. bonum nuncium a deo patribus veteris testameti promissum
 et hoc est quod dicitur. e. Quod ante promiserat. scilicet deus pater. f. Per
 prophetas suos in scripturis sanctis sic patet. Hier. xxxj. Ec-
 ce dies veniunt dicit dominus et feriam domum israhel et domum iuda-
 fedus novum. non secundum pactum quod pepigi in die illa cum patribus
 vestris que apprehendi manu eorum ut educerem eos de terra egypti
 sed hoc erit pactum quod feriam cum domo israhel. et sequitur. Da-
 bo legem meam in visceribus eorum et in corde eorum scribam eam.
 Christus ei legem nouam in euangelio preteritam non tradidit scri-
 ptura. sed verbo suo et spiritu sancto de celo misso imposuit illam
 cordibus apostolorum et aliorum discipulorum. sed ipsi postea scripserunt
 ad memoriam futurorum. et id dicitur. Esa. xl. Consolamini conso-
 lamini popule meus dicit dominus deus vester. loquimini ad cor
 hierem. quia sicut dictum est lex noua scripta fuit super ho-
 minum corda. Secundo ostendit qualem sit euangelium istud ex se-
 lecto. cum dicitur. g. De filio suo. qui est vnus deus cum patre ab
 eterno et verus homo ex tpe. ideo subditur. h. Qui fa-
 ctus est ei ex semine dauid secundum carnem. Non enim dei filius vel
 ipse christus potest dici factus absolute. quia suppositum filij est eter-
 num. sicut suppositum patris: potest tamen dici factus cum determi-
 natione. scilicet homo secundum carnem. quia natura humana christi facta
 est et est vnita ad suppositum diuinum. et hoc tempore.
 i. Qui predestinatus est filius dei in vnitate. i. in equalitate
 potentie cum deo patre. Ad cuius intellectum sciendum
 quod predestinatio est eterna dei ordinatio de agendis in tpe per
 gratiam eius. est enim preparatio gratie in presentis glorie in fu-
 turo: propter quod importat antecessione respectu predestinati.
 filius autem in natura diuina est coeternus patri. et sic non
 potest dici predestinatus sed in humana natura posterior est pre que
 vnita est deitati in tpe: et hec vnio facta est ex dei predestina-
 tione: aliter enim deitatis de nouo aliquid accideret quod est im-